



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæst. 1. An non discipulus melior magistro?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

§. 5. De quo filii hominis aduentu loquatur inter doctores, controuersum est. Triplex sententia. Prima, agere eum de gratio aduentu, & dicere, non consummaturas ciuitates Israel donec ipse auxilio veniat, ac adiuet, ac sensum esse, se ad singulas vrbes venturum ante, quam omnes absoluant. Hæcideo minus mihi probatur, quod hac in missione persecutionibus agitati non sint, nec fugerint. Alii de aduentu solenni in vrbem Ierosolymitanam: quod eadem ratione refutatur.

Itaque de Domini aduentu, qui erit in extremo iudicio, sermo est. Agitur enim de persecutione quæ futura erat ætate Apostolorum, & sequentibus sæculis, cum fratres, filii, & parentes se mutuo sunt tradituri, de quæ fuga multorum, quibus nunquam deerunt vrbes Iherusalem quæ latibula præbent.

VERSUS 24. 25.

Non est discipulus super magistrum, nec seruus super Dominum suum. Sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius. Et seruo, sicut Dominus eius, si patrem familias Beelzebub vocauerunt; quanto magis domesticos eius?

QUESTIO I.

An non discipulus melior magistro?

§. 1. Constat ex Thalmudistis apud Hebræos pro uerbium fuisse; cuius sensus est, discipuli quidam discipulus est, non esse meliorem conditionem, quam sit eius magistri; Christus tamen absolute id de se pronunciat; nemo enim illi par est, nemo secundus. S. Irenæus aduersum hæreses l. 5. c. 31. ex eo probat nobis definitum à Deo tempus resurrectionis seruandum esse, quia & Christus sustinuit, donec resurrexerit. Nemo enim, inquit, est discipulus super magistrum; perfectus autem omnia erit, sicut magister eius. Quomodo ergo magister noster non statim euolans abiit, sed sustinuit à Patre resurrectionis sua tempus, (quod & per totum manifestum est) post triduum resurgens assumptus est. Si & nos sustinere debemus definitum à Deo resurrectionis nostre tempus, prænuuntiatum à prophetis, & sic resurgentes assumpti, quotquot Dominus ad hoc dignos habuerit.

§. 2. Ceterum hinc Iudaicum reducebat; Iesus enim legales caerimoniae obseruauit, non ergo meliore conditione eius discipuli esse debent. Ita Epiph. de Cæstibus seruauit quidem ille caerimoniae ut probas esse, atque à Deo institutas ostenderet, ne etiam infirmis scandalum præberet, nō tamen suos obligari voluit, quia accedente luce umbras fugauit. Ita nihil est quod hæretici non conuertant in suam perniciem.

§. 3. Melius ex verbis adiunctis Christum esse Deū demonstrat Athanasius de æterna substantia filii & Spiritus sancti, contra Sabell. Alibi rursum, inquit, Dominus se paternam familiam ostendit, vtpote vnicus filius: si patrem familiam Beelzebub nuncupauerunt, quanto magis domesticos nuncupauerunt? Quapropter Iesum Christum Deum esse qui Dominus sit vnusorum cuius manifestum est. Atque ibi tum ait: Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum celorum, (continuo subinfert, quibus patrem suum intelligit) sed qui facit voluntatem patris mei qui in celo est. Habes igitur filium, habes patrem, ne extrinsecus diuinitatem: Natura enim distincti non sunt, neque item, qui de duobus loquuntur, ab alieno genitum à genitore.

Adami Conzen in Enang. Tom. I.

VERSUS 26. 27.

Ne ergo timueritis eos. Nihil enim est opertum, quod non reuelabitur: & occultum, quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine. Et quod in aure auditis, predicare super tecta.

QUESTIO I.

Quomodo v. 26. & 27. sensu cohereant?

§. 1. Difficile multis visum, conciliare illa: Ne ergo timueritis, causam enim subiungit: nihil enim opertum quod non reuelabitur. Ne aliorum opiniones adferendo in te quæ mihi clarissima videtur, moram faciam, breuiter sic explico. Duas persecutionis partes proposuit, quæ connexæ fuerunt, calumnias, falsas accusationes; & tormenta, cruciatibusque corporum, qui tum vehementer contristant, cum violenter & contumeliose, sed tamen quasi optimo iure inferuntur, supplicis enim ludibria adduntur: vt miseri videantur, nec miserescentes, contra vtrunque malum Apostolos præceptor munit. Primo ne calumniis affliti animo cadant; si enim patrem familias, ducem, dominum, Deum ita conuictiati sunt, vt Beelzebub, hoc est, principem demonum seu tæternum esse dicerent, non debent eorum timere maledicta, discipuli, serui, filii: à patris inimicis laudari probrosum est, amari, suspectum; deinde nec timere incommoda, quæ dominus pertulit; ne ergo inquit timueritis eos, et si veneficos, imo dæmonas vocitent, persequanturque, Beelzebub per contemptum vocatum Deum muscarum à Iudæis credo. Non tamen nomen ipsum erat contemptibile, 4. Regum. 1. 2. Ochozias enim nuncios mittit, ite & consilite Beelzebub deum Accaron; quem certe contumeliæ causa ita non vocabat, à quo vaticinium expectabat, quem Deo Israelis impie præferebat.

Quamquam cognomina probrosa video aliquando sine contumelia usurpata esse. Ita Prolo maus dicacitate Egyptiorum *Phonias* vocabatur, hoc est, internum & crassum intestinum, in quod faeces recipiuntur, quod obesus abdominis instar factus esset. Ille tamen nummos in inscriptione eius nominis inscripsit; videmus quoque nobiles Romæ familias ex vitis nomina usurpasse, vt Labeones, Frontones, Nafones, Vari, Planci dicerentur, ita fieri potuit, vt nomen ex probro inditum, tandem commune esset, & apud cultores idoli daretur laudi. Verum vt ad institutum redeam. Nolite timere ne Euangelio obster infamia. Ea enim tantummodo nōcebit, quamdiu veritas in oculo later, tandem reuelabitur vestra innocentia, & aduersariorum nequitia. Omnia enim occulta in lucem producet iustus iudex. Dixit olim Pindarus, *ὅτ' ἐλέγχεον μόνον ἀνθρώπων ἐν τῷ μόνῳ χρόνῳ*. Veritatem firmam à tempore solo ostendit. In hac quidem vita non omnium rerum, in illa die etiam omnium omnino cogitationum. Nunc interdum nō *δουεὶν ἡγῆται* ἀλλ' *ἀνθρώπων βιάζεται*, vt dicebat Simonides, opinio etiam aliquando veritatem violenter premit. Verum cito discussa nebula pura in luce æternæ iustitiæ resurgit.

§. 2. Hinc aliam conclusionem infert. Quod etiam in aule auditis predicare super tecta. Ne utinam hebraeorum conuicta, ne timidis euangelizet. Veritas ipsa vincet, & vobis defendet. Tecta plana, & loricata erant,

Matthias Guntz
in
Euangelium
C. VI
18